

STERILE NITIDUM.

Sterile quiddam in metallis est; quod admodum nitet, & à colore ipsorum metallorum accepit nomina. id & oculos suo nitore decipit, & omnium metallorum imitatur pulchritudinem, mentitur sinceritatem: eis mixtum deprauat, & viciat bonitatem. Vnde nostris vulgi sermone notum prouerbum est: Non esse omne aurum quod niteat. Id autem apud nos præcipuè fallit in plumbagine. quod si est album, Weisse / oder lichte blende: si nigrum, Glasichte blende: si colore piceo, Schwarz oder bechblende: si flauo, Gliblichte blende, nominari solet. In lapide ærario, si colore æris, Kupfferblende: si micæ, itidē Weisse blende. In lapidibus proiectis, si colorem imitatur auri, dicitur aurum fellium, Raßengoldt; quo quasi corio inductus

ductus